

De figuris lapidum, &c.

minatos. Acopis gēma aureis gut-
tis stellata est Plinio: & Prasij alterum
genus sanguineis punctis abhorret.

Ophites quidam cinerei coloris &
punctis varius est, *κατασικυλίθ*, Dio-
scoridi. Epiphanius Sapphiri speciē
χρυσόσικυν facit, hoc est, punctis asper-
sam aureis. Punctis maiores sunt bul-
læ & verrucæ. Ostracitin Plinij cœru-
leæ interdum bullæ cingunt, Myrme-
ciam verrucæ exasperant.

In lapidum genere, saxis, rupibus,
scopulis, marmoribus, nulla certa fi-
gura est. quanquam enim individuis
omnibus inter solida corpora, figura
aut forma aliqua sit, propria tamē eis
& vniuersalis non est. Gemmarum ve-
rò & minorum lapidum, quorum ali-
qua vis & admiratio est, plurimi cer-
tam figuram aut formā habent: quod
perfectior magisq; definita earum na-
tura sit, & à materię conditione remo-
tior. A formæ similitudine lapidum
multi denominantur, idq; iustiùs, qui
vide-